



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorum Liber ... Hoc est,
Collectio Veterum monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1678

Chronicon Kemperlegiense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14688

CHRONICON KEMPERLEGIENSE.

Anno Domini **DCCCXLIII.** civitas Nannetensis à Normannis sub Lamberto capitur, & Episcopus ejus, nomine Gunhardus, ab ipsis Missam dicens occiditur.

DCCCL I. Obijt Numeoneus Rex Britonum. Successit in regnum Erispoë filius ejus. Hic expulit Normannos à civitate Nannetica.

DCCCLVI I. Erispoë Rex Britonum à Salomone occiditur. Tempore hujus Salomonis, corpus sancti Matthæi Evangelistæ ab Æthiopia in minorem Britanniam delatum est.

DCCC LXX. His diebus Salomon Rex Britonum direxit Romam, Adriano Pontifici statuam auream cum multis donarijs dedit.

DCCCLXXIV. Occisus est Rex Britonum Salomon.

DCCCLXXVII. Carolus Calvus Imperator obijt. Successit Ludovicus filius ejus in regnum.

DCCCLXXIX. Obijt Ludovicus. Successit in regnum Carolus qui dictus est follus.

DCCCXXXIX. Obijt Carolus Rex qui dictus est follus. Ludovicus filius ejus successit in regnum.

DCCCCXXXI. Britones qui remanserant, Normannos omnes occiderunt in solemnitate sancti Michaëlis, cæso primùm Duce illorum, Felecan nomine.

DCCCCXXXVI. Britones à transmarinis partibus Adelstani Regis Angliæ præsidio revertentes, terram suam repetunt.

DCCCCXCII. Obijt Conanus Comes, filius Iudicaëlis Berengarij Comitis Redonensis. In bello Concurruc occisus est v. Kal. Iulij.

DCCCXCVI. Obijt Hugo Rex, pater Roberti Regis.

MVI. Obijt Gauffridus Dux Britannia, filius Conani filij Iuhaelis Berengarij, dum pergeret Romam gratia orationis. Successit Alanus filius ejus. Hic Bertham filiam Odonis Comitis Carnotensis duxit uxorem consilio & auxilio Alani Cornubiae Comitis, qui eam insequentibus Francis ad praedictum Ducem per vim sui exercitus adduxit. Deinde celebratis in urbe Redonensi ex more nuptijs, cum multis pretiosa donaria distribuerentur, ille Cornubiensis nihil horum appetians, solam sibi paternam hereditatem, quam prius juvenis amiserat, petijt reddi. Quod audiens Dux Redonensis, libenter assensit coram optimatibus totius Britanniae, reddens ei insulam Guzel, cum pago qui dicitur Bel, quam noverat ipse Dux ex dotalitio ejus matris, nomine Guinoedon, suam esse. Quam insulam nominatus Cornubiensis concessit & dedit Ecclesiae sanctae crucis Kemperlegiensis in abbatiam sempiternam.

MXXIX. Coenobium sanctae crucis Kemperlegij ab Alano Cornugalliae Comite aedificatur, atque inibi Guorloesius Abbas ab Orscando Pontifice benedicitur.

MXXXIV. Haduisa Comitissa Britanniae, vidua Gauffridi, & mater Alani & Eudonis, ix. Kal. Martij obiit.

MXXXVII. Depositio Felicis Abbatis sancti Gildasij.

MXXXIX. Obitus Alani Redonensis Ducis Britanniae. Hic regnum suum filio suo Conano Trimensi reliquit Kalendis Octobris.

MXLI. Transitus Cadualloni Abbatis Rotonensis.

MXLVII. Conanus puer de custodia patris sui elabatur Redonis.

MXLVIII. Redonenses Conanum recipiunt Romæ apud sanctum Petrum XII. Februarij.

MXLIX. Leo IX. consecratur & coronatur Papa XIII. Aprilis. confirmat Bellam infulam Cadualono Abbati Rotonensi, qui eodem anno obiit. Successit Perenefius.

ML. Vercellensis synodus sub Leone Papa nono celebratur.

MLIV. Dominus Leo Papa transit III. Kal. Maij XXIX. Aprilis. cui successit Victor.

Hoël principatum Nannetensium adipiscitur Cornubiæ Comes.

MLV. Eliseus Abbas sancti Guengoloëi obiit.

MLVI. Rilla Abbas sancti Guengoloëi præficitur.

MLVII. Transitus sancti Guorloëij Abbatis Monasterij sanctæ crucis Kemperlegiensis.

Conanus Comes Eudonem patrum suum bello cepit.

MLVIII. Alanus Comes Cornugalliæ, Kemperlegiensis monasterij fundator & pater, migrat ab hac vita.

[MLIX. Iungumarius Abbas præficitur.

MLX. Gauffridus Comes Andegavorum obiit.

MLXII. Herbertus Cenomanensis Comes moritur, uterinus frater Conani Ducis.

MLXIII. Iudith Comitissa Cornugalliæ obiit.

MLXIV. Orscandus Episcopus Cornugalliæ vitam finit. Successit ei Benedictus filius.

MLXVI. Stella visa est, quæ cometa dicitur, ferè per quindecim dies in occiduis partibus.

Conanus, Alani Ducis Britanniæ filius, obiit.

Guillelmus Normannorum Dux cum magna clas- se Britanniam invasit infulam.

Prælati sunt Abba Benedictus, frater Hoëli Comitit, monasterij Cemperlegiensis.

Haraldus Rex Anglorum à Guillelmo devictus interficitur.

MLXVII. Baldoinus Flandronensis Comes obiit.

MLXXI. Hardengius Comitissa moritur XII. Augusti.

MLXXIII. Alexander Papa moritur. Cui successit Aldebrandus, cui nomen Gregorius.

Monasterium inchoatur sancti Melanij.

MLXXVI. Hoël à Vicecomite Eudone capitur, & infra undecim dies ab exercitu suo vi redditur.

MLXXVIII. Quiriacus Nannetensis Episcopus moritur.

MLXXX. Amatus Olorij Legatus mittitur in Britanniam.

MLXXXI. Benedictus Abbas sanctæ crucis, frater Hoëli Comitis, Nannetensis Episcopus efficitur.

Ioannes quondam Abbas sanctæ crucis moritur.

MLXXXIII. Beati Guorloësi corpus de tumulo erigitur.

Restauratio Ecclesiæ sanctæ crucis.

MLXXXIV. Hoël Comes moritur Idibus April.

Gaufridus Comes Redonensis nothus in captione apud sanctum Courentinum moritur xxv. Octobris.

MLXXXV. Hilla sancti Guingaloëi Abbas obiit.

Kalendis Iunij obiit Bertha Comitissa Britannia, mater Conani Ducis, soror Fulconis.

Fames orta est dira & pestifera per totam Europam.

MLXXXVII. Alanus Hoëli Consul filius duxit uxorem Constantiam Guillelmi Regis Anglorum filiam.

MLXXXVIII. Hic transit Guillelmus Rex Anglorum.

Inngomarus quondam Abbas sanctæ crucis finit.

Urbanus Papa ordinatur.

MLXXXIX. Dedicatio Ecclesiæ sancti Gorthier-
ni à Benedicto Corisopitenſi Episcopo facta.

MXC. Constantia Comitissa obiit, Regis Anglo-
rum filia.

MXCI. Obiit Budic, frater Hoëlis Comitiss.

MXCVIII. Eudonus, Deriani filius, proditione
Tauri occiditur.

MXCIX. Urbanus Papa finit vitam XII. Kalend.
Augusti.

MCIII. Matthias Nannetensis Consul, Hoëlis
Consulis filius, moritur.

MCVI. Mense Februario & Martio cometa ap-
paruit; & Concilium Pictavis rexit Bruno, in quo
fuit Boimundus.

MCVII. Paschalis Papa in Francia apud Trevas
Concilium tenuit.

MCXI. Henricus Imperator Romam veniens,
Paschalem Papam tenuit per traditionem, & eum
coëgit facere sacramentum.

Boëmundus vitæ finem fecit.

MCXIII. Benedictus, Alani Cornugalliæ Con-
sulis filius, Nanneticæ Ecclesiæ sedem & abbatie
Kemperelegiensis regimen confectus senio sponte
dimisit, & in hoc anno unum de suis monachis, no-
mine Gurchandum, ad Radulphum Turonorum Ar-
chiepiscopum ordinandum transmisit, & eidem ab-
batie præfecit.

MCXV. Radulphus Turonensis Archiepiscopus
moritur. Successit ei [Gislebertus.] Benedictus Epif-
copus Nannetensis & Abbas sanctæ crucis transit.

MCXVII. In hoc anno, x. Kal. Ianuarij, ven-
tus vehementissimus inhorruit.

MCXVIII. Paschalis II. Papa obiit xviii. Ia-
nuarij.

MCXXIX. Concilium Remis celebratum est
sub Calixto secundo Papa, in quo Ludovicus Fran-
corum Rex interfuit.

- M C X X. Obijt Alanus Fergant junior filius Hoc-
 li Comitis III. Idus Octobris.
 M C X X I. Romæ præfidente Calixto secundo
 Papa celebratur generale Concilium, in quo refor-
 mata est pax inter Imperatorem Henricum & Do-
 minum.
 M C X X V I I. Girardus Engolismensis Episcopus
 & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatus in monasterio
 sancti Gildæ Dolensi Concilium rexit.
 M C X X X. Obijt Robertus Corisopitensis Episco-
 pus. Successit ei Radulphus.
 Obijt Hemericus Abbas sanctæ crucis Kempere-
 legiensis III. Non. Iulij. Adonias Abbas efficitur.
 M C X X X I. Obijt Gurhandus Abbas sanctæ cru-
 cis Kemperelegiensis.
 M C X L I I I. Obijt Innocentius Papa. Successit
 Celestinus. Eodem anno moritur.
 M C X L I V. Lucius Papa defunctus est.
 M C X L V I. Obijt Alanus niger, Conani Ducis
 gener.
 M C X L V I I. Ordinatio Rodandi Abbatis sanctæ
 crucis.
 M C X L V I I I. Obijt Conanus grossus Dux Bri-
 tanniæ.
 M C L V I I I. Obijt Radulphus Corisopitensis
 Episcopus.
 M C L I X. Ordinatio Bernardi Corisopitensis
 Episcopi.
 M C L X. Obijt Riocus Abbas sanctæ crucis.
 Ordinatio Donguali Abbatis sanctæ crucis.
 M C L X I I. Fit valida fames.
 M C L X I I I. Dongualonus Abbas obijt. Rinyalo-
 nus Abbas benedicitur.
 M C L X V I I. Obijt Bernardus Corisopitensis Epif-
 copus. Successit Gaufridus.
 M C L X X. Leonenses à Conano versi in fu-

gam excutiuntur, & ad millia capiuntur.

MCLXXI. Aymo Leonensis Episcopus occisus est.

Conanus Dux Britanniae & Comes Richemundiae obiit xx. Februarij.

MCLXXIV. Obijt Iossius Turonensis Archiepiscopus.

MCLXXV. Obijt Guillelmus Episcopus de Tre-guier. Cui successit Ivo Brito Archipresbyter Turonensis.

MCLXXVI. Bartholomæus Archiepiscopus Turonensis Concilium habuit cum Episcopis Britanniae Redonis.

MCLXXVII. Aedificatum est monasterium sancti Mauricij.

MCLXXXVI. Obijt Gauffridus Dux Britanniae, Comes Richemondiae, filius Regis Angliae, xiv. Kal. Septembris.

Benedicitur Abbas Evenus.

MCLXXXVII. Arturus Nannetis nascitur, filius ejusdem. Et eodem anno Rivalonus Abbas Kempe-relegiensis obiit.

MCCXI. Obijt beatus Mauricius Abbas.

MCCIX. Benedicitur Abbas Savaricus.

MCCX. Obijt Evenus Abbas sanctae crucis.

MCCXII. Benedictio Danielis Abbatis.

MCCXXXV. Fames valida.

MCCXXXVII. Occisi fuerunt Iudaei in Britannia à cruce signatis.

MCCXXXVIII. Resignavit Abbas Daniel, & Rivalonus Abbas benedicatur. Et Iohannes filius Petri de Brenes, Comes efficitur.

MCCXXXIX. Obijt Rivalonus Abbas dictus Saligog, & Henric..... Bern.....

MCCXL. Die Martis infra Octavam sanctorum Innocentium natus Iohannes primogenitus Iohannis Comitis Britanniae.

MCCXLII. Die Martis post Resurrectionem Do-
mini natus est Petrus secundus filius ejusdem Iohan-
nis apud castrum Lini.

MCCCLXII. Octavo Kal. Augusti nascitur Artu-
rus primogenitus Iohannis Ducis Britanniae ex Bea-
trice filia Regis Angliae.

MCCCLXIX. Die festo beati Matthaei Apostoli
fuit electus Blanchart.

Decimo quinto Kal. Aprilis, die Mercurij in fe-
rijs Paschae, movit de Pucinnou Iohannes Dux Bri-
tanniae ad arripendum iter ultra mare, & filius ejus
primogenitus.

MCCCLXXVII. fuit depositus Blanchart. Appel-
lavit. Ei successit Cadiocus.

MCCCLXXXIX. Obijt Blanchart apud Viterbum.

FINIS.

MCCCLXXXIX. Obijt Blanchart apud Viterbum.
MCCCLXXVII. fuit depositus Blanchart. Appel-
lavit. Ei successit Cadiocus.
Decimo quinto Kal. Aprilis, die Mercurij in fe-
rijs Paschae, movit de Pucinnou Iohannes Dux Bri-
tanniae ad arripendum iter ultra mare, & filius ejus
primogenitus.
MCCCLXIX. Die festo beati Matthaei Apostoli
fuit electus Blanchart.
MCCCLXII. Octavo Kal. Augusti nascitur Artu-
rus primogenitus Iohannis Ducis Britanniae ex Bea-
trice filia Regis Angliae.
MCCXLII. Die Martis post Resurrectionem Do-
mini natus est Petrus secundus filius ejusdem Iohan-
nis apud castrum Lini.